

DE ARTE RHE-

TORICA LIBRI TRES EX

Aristotele, Cicerone & Quintiliano
præcipue deprompti,

(?)

Auctore Cypriano Soarez Sacerdote
Societatis IESV.



HISPALI.

Ex officina Alphonsi Escriuani,

Expensis Andreae

Pescioni,

Cum Facultate.

1569

*es de la Comp^{te} de Jesus de Salamanca de la Co
Libreria*

CYPRIANVS SOAREZ

Christiano Lectori. S.



LONGE PROFACTO ME-
lius, atq; prudentius studijs suis cõ-
sulunt, qui optimos autores in omni
disciplinarum genere legendos sibi
atq; imitandos proponunt, quàm qui
his neglectis, delectu omni ac discri-
mine remoto, quosuis cupidissime se-
quantur. Quòd si quis vetera paulò
alius repetere voluerit, quocunq; se animo & cogitatione
conuertet, hoc ita esse comperiet. Vt enim alios omittam, qui
in bonarum artium studijs liberalissimis sunt, doctrinisq; ver-
sari, satis constat Platonem ingenio, doctrina, & copia dicen-
di longe omnibus superioribus prestirisse. Ergo ex eius disci-
plina quot viri, quanta scientia, quantaq; in suis studijs varie-
tate, & copia, quam admirabiles extiterunt? Atq; ut alios
sileam, quorum scripta temporum iniuria perierunt, illi &
Aristotelem summum philosophum, & Demosthenem omniũ
oratorum facile principem proculdubio debemus. Siquidem
Aristoteles totos viginti annos Platonem audiuit: Demosthe-
nes vero eundem non solum audiuit, sed etiã lectitauit. Quid
Ciceronem ad tantum in philosophia, & eloquentia decus
euexit? An non Platonis, Aristotelis & Demosthenis imita-
tio? Finis non sit, si velim eos numerare, qui ex Aristotelis
disciplina in omni doctrina & ingenij laude præstâtes prodie-
runt. Tãti refert, quem imiteris, quem legas, quem admireris.
Hoc intelligentes nostræ societatis præceptores, ex eo tẽpore
quo iuuetutem, virtute & literis informant, eos autores dis-
cipulis

DE ARTE RHE
TORICA. LIBER. I.

QVID SIT RHETORICA,
quod eius officium, & finis
Capit. 1.



RHETORICA EST

vel ars, vel doctrina dicendi. Ars est,
qua dat rationes certas, & præcepta
faciendi aliquid, quæ habent ordinem,
& quasdam errare in faciendo non pa-

Quid sit
ars.

De clar.
or.

Offic. 2.

De in-
uent. 1.

tientes vias. Esse autem eloquentiæ artem perspicuum
est: cum enim rerum minimarum sine arte nulla sit, ho-
minū est parum consideratè iudiciū, credere maxi-
marū rerū nullā esse artem. Dicere est, ornate, graui-
ter & copiose loqui. Rhetoricæ officium est, dicere ap-
posite ad persuasionem: finis persuadere dictione.

Rhetoricæ
est ars.

Officiū &
finis Rhetor-
icæ.

De utilitate, dignitateq; Rhetoricæ
Capit. 2.



Dignitas eloquentiæ, vel ex eo intelligi po-
test, quòd in omni libero populo, maximeq;
in pacatis, tranquillisque; ciuitatibus præci-
puè semper floruit, semperq; dominata est. Quid enim
aut tam iucundum cognitu, atque auditu, quam sapiē-

Eloquentiæ
dignitas.

De or-
rat. 1.

B
tibus

TABLEAU DE LA LIBERTÉ ET DE LA PAIX
de. Ulysse Bonneton, par son fils, avec
consentement de la commission de la
liberté.

Représentation de la Liberté et de la Paix
par son fils, avec le consentement de la
commission de la liberté.



Tableau de la Liberté et de la Paix
de. Ulysse Bonneton, par son fils, avec
consentement de la commission de la
liberté.

• mollicia, nulla argutie digitorum. trun-
 co se toto magis moderabitur orator, et
 virili laterum flexione. brachij prote-
 ctione in contentionibus, contractione
 in remissionibus, pedis suppositione in conten-
 tionibus incipiendis aut finiendis.

In ore, & precipue in oculis maxima

vis. Oris non est nimium mutanda spes
 cies. Oculorum, qui animi sunt indices,
 tum intentione, tum remissione, tum cō-
 iectu, tum hilaritate, motus animorum
 significabimus apte cum genere ipso
 orationis.

FINIS.



[Faint, mostly illegible text from the reverse side of the page is visible through the paper, appearing as bleed-through.]